aliquando perducatur. Quemadmodum id negotium ipsi dicti Status summè vrgebant.

Quare M.tas S. quemadmodum olim, etiam nunc tam acutam, et minimè necessariam Rationem supplicandi, et qua ipsi non mediocriter omnes modestiae fines praetergressi sunt, minimè ab ijs exposcebat, vti quos illud tanquam obedientes subditos erga principem suum et supremum à Domino Deo ipsis impositum caput decere minimè dubitaret. Nam hi eo vt redierint, vt ipsis ita breviter huic vel isti Religioni se addicere liceret, pariter etiam pro ipsorum voluntate vti liberet Caes. M.ti; in hoc negotio tam auctoritatem praecipere posse videbantur. Id quod contra expressam, salutarem constitutionem, et Statuta pacis pub.ae in Sac. Religionis nego. firmata, et stabilita esse manifestum est. Cum facultas alternatim duarum Religionum eligendi, non subditis, sed Principibus tantum sit attributa. Quemadmodum etiam quod cui illis agendum, qui aliam Religionem ab illa quam Princeps suus professus fuerit, sequi maluerint declaratum est. Vnde patet Ordinationes in Religionis negotio non subditis, sed Magistratib. tantum esse reservatas.

Quare cum Caes. M.tas omni studio, et opera in id incumbat, omnesq. conatus suos pro paterna sollicitudine eo dirigat, vt quod alias pollicita, et nunc pollicitur, tandem effectum sortiatur, et ad Christianam, et salutarem finem perducatur; è contra sibi solo promittit dictos Status pro ea quam ipsos dicit obtinuisse et modestia finem suius negotij et ordinationis expostulat. atq. importunas, et acerbas interim interpellationes intermittunt.

Quod n. ad puram annuntiationem verbi Dei attinet ex superiorum Comitiorum actis cognoscit M.tas S. patrem, et Dominum suum glo: mi: nunquam obstitisse quo minus illud pure, et secundum veram, et Christianam sententiam explicetur et praedicetur: Quemadmodum et M.tas sua sacrum id operam dedit, vt illud ex Biblicis, et Apostolicis scriptis sincere, et officiose exponat.

Ad haec nunq. Ces. M.tas impediuit, quo minus Sacramenta lingua vernacula, et secundum institutionem Christi dispensentur, ijsq. Germanicae Precationes, et admonitiones, cantionesq. Christianae et conuenientes solum in honorem, et gloriam Altissimi conuenienti tamen ordine, et secundum Christianam modestiam et deuotionem, quique omni scandalo cauent addantur.

Quod autem vltrius postulant ordinariam Episcoporum potestatem Ordinationum, et iurisdictionum earum. consuetum, et vsitatum eorum in specificatis Articulis abrogari, nisq. conuenientes M.ti Suae, nisq. licitè fore videtur. Nihilominus M.tas sua Caes. id operam dabit, vt Episcopi eorum Vicarij, et officiales, ordine iuridico, et secundum omnem aequitatem Iurisdictionem suam

exercuerint. Consistoria recte instituant. Examina item conuenientia sint, et modesta, neque quemquam vltra quam decet grauent, atq. onerent. Ad haec ne Ordinandos inconuenientibus vetis obstringant, neq. dictorum Statuum ministros, et Parrochos iniustis, modo illi verbo Dei et ordinationi suae sint conformes, et qualificati onerent grauaminibus.

Postremo vero quod Concionatorum suae Religionis sibi Viennae propijs sumptib. alendum permittari cupiunt; minimè putat M.tas sua hoc tempore fore necess.m idq. in praetens omnino suspendi debere. Cum M.tas sua tota in id incumbat, vt cum id primum fieri potuerit, tota Religio Christiana Reformatione praevia, et sublatis omnib. abusibus, ad concordiam, et piam sententiam et intellectum perducij, et quiuis in hoc Ecclesiastico pacifici, et quieti viuere possit. Quanqs et in eo omnem operam M.tas sua adhibebit, vt in hac Ciuitate Vienna ab Episcopis, et Parrochis in annuntiatione verbi Dei, et Sacramentorum administratione nihil detrahi possit.